de et vore ad  
voto quem ne  
rale reuoluit.  
quas liquor  
visione statim  
tunc decanum  
ignit quib re  
alioo scum co  
cerent. et qual  
berarem. Ex  
bet a Berna  
nou intelligit.  
tuc plura req  
nō dico crea  
vñ vñ esse la  
rāsup argume  
iaz nō creant  
se repuer. Ce  
spqz dñs in  
Piero  
virmū

accerfuit casū exposuit corporale ostendit. et q̄ nullo liquore color ille sanguineus abluī. nullaq; arte siue oratione potest deleri contestatus est Cui ille sicut vir prudēs respondit. Est ne aliquis in parochia vestra q̄ de hoc sacramento dubitet? Respondit sacerdos. Est quedam inclusa que frequenter inde dubitat. At ille. Ostendite illi forte idcirco deus vestigia sanguinis in hoc corporali deleri non sinit quatin⁹ eis visis illa in fide roborēt. Qd̄ cū factū fuisset expauit mulier et credidit et de⁹ pristinū colorē in lintheo reformauit.

Ca. xxiii.

**S**imilis casus contigit apud nos. sine tamen dissimili. Cū sacerdos quidam in ecclesia cuius nomen excidit sicut⁹ sacerdotis. missam festinanter et negligenter diceret calicem sudit. Timēs vero pro tanta negligencia si ad aures prelatorū deueniret diutius ab altaris officio suspendi casum suppressit. Dictaq; missa corporale complicauit et abiit. estimabat em̄ quia nemo vidisset. Erat em̄ sacerdos ille et forte adhuc est male vite. vagus et negligens valde. Campanari⁹ vero quem negligencia minime latuerat post discessum sacerdotis corporale reuoluit. et ecce sanguis rubens ac madens in omnibus partib⁹ per quas liquor calicis defluerat apparuit. Territus homo de tam mirabili visione statim Coloniam cucurrit. Conzadum nunc prepositum maiorem tunc decanum ceterosq; priores conuenit. Et quid predicto sacerdoti cōtigerit quid ve viderit per ordinez recitauit. Cui preceptum est vt tali die allato secum corporali Coloniam rediret vt et veritatem plenius agnoscerent. et qualiter de tanta negligencia satisfaciendum esset plenius deliberarent. Ego eodem tempore veni coloniam et recitata sunt mihi om̄ia hec a Bernardo maioris ecclesie canonico. Quid vero post hec actum sit non intellexi. Est ne tibi adhuc satisfactum tot et tantis exemplis an adhuc plura requiris? **A**ppollonius. Sic mihi satisfecit oratio tua vt iam nō dico credam. sed quod amplius est sciam post cōsecrationē sub specie vini vix esse sanguinē xpi. Cū em̄ Ap̄ls dicat fidē esse substantiā rez sperādaz argumentū nō apparentū. q̄ visū tā manifeste vt dictū est p̄cipiūē iaz nō credunt. h̄ sciunt. Qd̄ sub tā multiplici testimonio visū est me vidisse se reputo. **C**esari⁹. Adhuc subiungā duo exempla p̄ q̄ agnosces q̄ etiā q̄nq; dñs in simplici liquore opeē miracula ad honorē tanti sacramenti.

Ca. xxiiii.

**S**acerdos quidā sicut mihi alius quidā religiosus sacerdos retulit infirmū aliq̄ v̄sitaui. erat idē infirm⁹ layc⁹ admodū religiosus. q̄

ait sacerdoti. Domine mi. hodie celebraſtis! Reſpōdente illo. Etiā. Egrotus ſubiunxit. Peto vt manus quibus tractaſtis ſacrum xpi corpus et ſanguinem coram me abluatis. Eritq; mee infirmitati eadem ablutio antidotum. Quod cum feciſſet aqua in cratera munda recepta eſt. de qua cum biſſet infirmus reſiduā in ciſtam reponi iuſſit et diligenter operiri. Poſtea cum eandem aquam requireret puer ad ciſtam accedens non aquā in cratera ſed purp̄ ſanguinez repperit. Quo illato pro ſacerdote miſſū eſt a quo in eccleſiam deportatus inter reliquias poſitus eſt. **Appollonius.** quid ſentis de ſanguine iſto? **Ceſarius.** Non credo fuiſſe xpi ſanguinez. quia aqua in illum minime vertit. nec vinū quidez abſq; debita ſacerdotis benedictione. Deus vero ob deuotionem hominis elementum mutauit vt oſtenderet q̄ eundem ſanguinem quem ſacerdos continue ſumit in eccleſia ſacramentaliter fidelis quiſq; in omni loco poſſit ſumere ſpūaliter

**Ca. xxv**

**Q**uedam nobilis femina de Entenich ſicut a quodam edocta fuerat tertiam abluſionē ex digitis ſacerdotis in pane recepit. credens ſi eandem per quatuor partes agri ſui reconderet q̄ nulla aeris intemperies vel grando ſegetes lederet. panem interim in ſcrinio ſuo reponens. Dum tempore oportuno accederet quatinus eum per agrum ſuum diuideret. in ſanguinez coagulū eum vidit cōuerſum. Territa nimis marito eum oſtendit atq; ſacerdoti. Pro qua re omnes a prioribus coloniſibus citati. ſacerdos ſatis punitus eſt. Illis vix ſe excuſantibus q̄ nullum foret in cauſa maleficium. Nō em̄ placz deo ſi ad aliquos vſus temporales ſacramenta illa conuertantur. **Appollonius** placet quod dicis. Nunc peto vt exempla proferas de digne conficiētibz. **Ceſarius.** prius tibi oſtendere volo qualis eſſe debeat vita ſacerdotum digne conficiētiū.

**Ca. xxvi**

**O**loria vite ſacerdotalis in duobz precipue conſiſtit caſtimonia videlicet et ſciencia. debet em̄ caſtus eſſe et litterat⁹. Exemplū caſtimonie habes in zacharia p̄re Johis de quo lucas ſic ait. Et factū eſt vt impleti ſūt dies offici⁹ ei⁹ abſit in domū ſuā. victis ſue tēpore pontifices templi tantum offici⁹s mancipati non ſolum a complexu vxoris ſed etiam a domo et ingreſſu abſtinebant. Noſtris nunc ſacerdotibus a quibus non carnalis ſucceſſio. ſed ſpiritualis perfectio queritur qui quotidie preſto debent eſſe altari perpetua caſtitas indicitur. De vero litterat⁹ eſſe debeat teſtis eſt Malachias qui dicit. Angelus ſcientiaruz eſt

etiam de  
nam in reſpō  
natur. Qui  
miſi Appoll  
miſi Ceſari  
vt poſitum e  
eſt opera bon  
onis. ad vniu  
tionis. Jero  
to eſt macula  
moſes et ipſo  
quo illa ablu  
enarraram. ſit  
ſecundo Moy  
nitis. In tri  
dionem. Q  
Dicit me ex  
Que de his  
Q  
tan  
ſi u  
eſt  
mur crederet  
ſed calicis  
Hoc eſt co  
ſet. Magiſter  
non poſſe fier  
ſunt verbe  
vntem in ſu  
necum poſt  
ſui. Poſtea q̄  
cere audeat.  
Appollon  
non in calice  
Dez tamen in  
malicet. &



et legem ex ore eius requirent. Hinc est q̄ **Helie** sedebat ante fores taber-  
naculi vt respōderet om̄i querenti. **Audi** quid illitterato sacerdoti p̄ **Osee**  
dicatur. Quia tu scientiam repulisti repellam te ne sacerdocio fungaris  
mibi **Appollonius**. nunquid sacerdotes illitterati repellendi sunt a do-  
mino? **Cesarius**. Non. sed quibus deest vsus scientie exterioris. habeāt  
vt predictum est lumbos precinctos et lucernas ardentes in manibus id  
est opera bona. Q̄ si sibi omissos illuminare non valent verbo predicati-  
onis. ad diuinū amorem illos accendere studeant exemplo bone ouersa-  
tionis. Introsens sacerdos ad altare lauare debet faciem os et manus.  
id est maculas cogitationis. locutionis et opeꝝ. In labro eneo quod fecit  
moyses ex speculis mulierum. Aqua est contritio. manutergium confessio.  
quod illa abluit ista abstergit. Specula mulierum sunt exempla sanctaruz  
animarum. fides scilicet **Abrahe**. obedientia **Isaac**. lenitas **Jacob**. man-  
suetudo **Moyse**. humilitas **Dauid**. zelus **Helie**. pietas **Josie**. castitas **da-**  
**nielis**. In his si sacerdos se considerauerit facile cognoscet suam imperfe-  
ctionem **Appollonius**. Qualis esse debeat conficiens satis ostendisti.  
Nunc me expedias in quibus consistat potencia conficiendi **Cesarius**  
Que de his legi vel audiui paucis explicabo

**Ca. xxvii.**

**Q**uia exiguntur in sacerdote vt possit conficere. ordo. verba. in-  
tentio. quartum est substantia panis et vini **Appolloni**. quid  
si in calice post benedictionē panis vinū per negligentiam non  
esset in calice? **Cesarius**. Ex consuetudine ordinis nostri cogi-  
mur credere ibi esse corpus xp̄i quia benedictionem panis non reperim⁹  
sed calicis tm̄. Simile sentio si sacerdos post prolationem verboꝝ illorū  
**Hoc est corpus meum**. subsisteret. neq̄ calicis benedictionez perficere pos-  
set. Magister petrus cantor et sequaces eius hoc non concedunt. dicentes  
non posse fieri transubstantiationem panis in corpus xp̄i donec prolata  
sint hec verba. **Hic est sanguis zc.** Quibus multi doctozum contradicere  
videntur in suis scriptis. similiter et verba euangelica. Prius dominus be-  
nedixit porrigēs illū discipulis ad manducandū iā nō panē sed corpus  
suū. Posteaq̄ cenatū ē aliquo interuallo interiecto bñdixit calicē. Quis vi-  
cere audeat ibi nō fuisse corp⁹ xp̄i nisi calice prius osecrato? null⁹ omnino  
**Appollonius**. Est ne in tali casu sanguis Christi? **Cesarius**. Etiam  
non in calice sed in corpore. Non enim corpus Christi est sine sanguine.  
Nec tamen inest per conuersionem. quia ante prolationem horum verbo-  
rum. scilicet **Hic est sanguis me⁹**. vinum non est conuersum in sanguinem.

**A**ppollonius. da mihi exemplum q̄ sub specie panis sit corpus xpi an-  
teq̄ calix benedicat̄. **C**esarius. superius capitulo secundo habes exem-  
plum in visione Hodeschalei qui mox prolatis his verbis. Hoc est corp̄  
meum. vidit xpm̄ in forma humana. **A**ppollonius. Si statim xps̄ est ibi  
totus superflue videt̄ mihi calix consecrari. **C**esarius. Sub duab' ergo  
speciebus celebrat hoc sacramentum ecclesia vt anime et corporis suscep-  
tio in xpo et vtriusq̄ liberatio in nobis significetur. Nec plus sub vtraq̄  
nec minus sub altera tm̄ sumitur hoc sacramentum. Eadez em̄ ratio est vt  
ait Hylarius in corpore xpi que in manna p̄cessit. de quo qui plus colli-  
gebat non amplius habebat nec qui minus parauerat minus inueniebat  
**A**ppollonius. Satis de his expeditus sum. **C**esarius. Non inutiliter  
his premissis videamus quantum gracie et glorie mereantur sacerdotes  
digne officentes.

Ca. xxviii

**I**n hemmenrode sacerdos quidam senex Henricus nomine ante  
paucos menses defunctus est. vir sanctus et iustus. qui annis plu-  
rimis in eodem cenobio fuerat sacrista. Hic cum die quadam in  
chozo conuersorum ad altare sancti Johannis baptiste celebraret. quidā  
ex conuersis circumstantibus saluatorem in effigie hominis in manibus  
eius contempletus est. Ipe tamen sacerdos non vidit. Hec michi retulit  
quidam ex senioribus domus illius

Ca. xxix

**Q**uam in eodem clauetro et ad idem vt puto altare domin' Her-  
mannus die quadam missam diceret. Henricus conuersus de  
hart cuius supra sepe memini in canone columbam miri can-  
doris iuxta calicem vidit residentem. vidit et ante sumptionem infantem  
pulcherrimū qui ex manibus eius vsq̄ ad summitatez crucis ascendere vi-  
sus est. Qui mox descendens sub specie panis a sacerdote sumptus est. Ex  
qua visione colligitur q̄ sub specie panis sit veritas corporis dominici.  
q̄ q̄ illa ineffabilis transsubstantiatio auctoritate fiat spūsancti. Hermān'  
vero visionē nō vidit. **A**ppollonius. de malis sacerdotib' questio mihi  
nulla est quare aut boni sacerdotes eū quē in altari esse credūt nō videāt  
satis ammiror. **C**esari'. vt nō videndo sed credendo ampli' mereant̄.  
fides vt ait Gregl. nō habet meritū cui humana ratio p̄bet expimentuz  
Cū idem hermann' tunc prior existens in hemmenrode nocte quadaz in-  
fra matutinas deū orassz vt sibi reuelare aliquid dignaretur de statu suo  
mox vt residens oculos clausit. quidam ei assistens sotrum in quali cipi

Distinatio  
 n. remanere  
 aut oratio  
 eo statim  
 non in not  
 corporis ca  
 rit. Et cog  
 corporis se  
 in calis vi  
 celebrant  
 cio em̄ leg  
 bi attrah  
 cilium me  
 leuar. Cur  
 compenit̄  
 que audier̄  
 esse confite  
 do litigim  
 Appolloni  
 uocio in n  
 lis oratur  
 populus si  
 tm̄ impedi  
 p̄ rna gent  
 man in alia  
 post euang  
 ne se tampe  
 tatur vt qu

a conuiuantibus portari solent argentei ostendit. Ipse vero sicut mihi re-  
tulit orationis premisse reminiscens cum intra se diceret. quomodo pertinet  
ad statum tuum visio fori huius ille statim superiorem thecam cuius cacu-  
men in nodum desinebat manu suspendit. et ecce vidit pixidem dominici  
corpore catena aurea ex eodem nodo dependentem. Sicque visio dispa-  
ruit. Et cognouit prior corpus fuisse dominicum quod iugiter in theca sui  
corpore per memoriam circumferre consuevit. sperans ex hoc suum statum  
in oculis domini minus esse despectum. Quantum in sacerdotibus digne  
celebrantibus gratia ascendat et merita crescant visiones subnixae declarant

Ca. xxx

**N** Qui quendam sacerdotem ordinis nostri qui hanc gratiam ac-  
cepit a domino ut quotiens cum deuotione missam celebra-  
ret per totum canonez usque ad sacramenti perceptionem in ae-  
re ad mensuram pedis unius se stare sentiat. Nec mirum. deu-  
otio enim ignea est et semper nititur sursum. nec magnipendo si quandoque si-  
bi attrahat suum exterius domicilium. Interior vero eius casa siue domi-  
cilium mens est. In qua maiorem habet potestatem quia illud in celum sub-  
leuat. Cumque tantam gratiam ab alio quodam sacerdote eius amicissimo  
comperisset scire volens veritatem non absque timore ab ipso cepi sciscitari  
que audieram. Qui statim rubore perfusus cum me confundere nollet ita  
esse confessus est. Quando festinanter et sine deuotione celebrat vel quan-  
do strepitu circumstantium impeditur praedicta ei gratia subtrahitur. **A**  
**Apollonius.** Quantum ex his colligo summum silentium sacerdotis de-  
uotio in missa silencio requirit. **C**  
**Cesarius.** Verum dicis. si sacerdos lega-  
lis oraturus pro salute populi solus intrauit in sancta sanctorum et omnis  
populus sicut de zacharia legitur erat foris expectans. hora incensi. ne ora-  
tem impediret. quanto magis sacerdos gratiae qui non iam corruptibile  
pro una gente sacrificium. sed pro totius mundi salute patri offert filium. sum-  
mam in altari pacem requirit et silentium? Unde et beatus Ambrosius  
post euangelium monere solebat populum ut a tussi et omni inquietudi-  
ne se temperarent tempore canonis. Quae vero deuotio ignea sit et sursum ni-  
tatur ut praefatus sum sequens visio demonstrat.

Ca. xxxi.

**I**

In vilario Brabantiae ante hoc biennium. monachus qui-  
dam defunctus est nomine Ulricus. iuuenis disciplinatus

et valde graciosus tam corpore q̄z mente virgo. **H**ic cum in namurco die quinto decimo ante mortem suam missam celebraret sicut mihi retulit loci predicti prior. venerabilis inclusa **M**ona nomine. cui deus multa reuelare consuevit globum igneum super caput eius conspexit. erat em̄ tunc t̄pis grangiarius. **Q**ui cū infirmus in extremis ageret et abbas deesset. dixit ei quidam ex circumstantibus **V**elletis dominū abbatem modo videre? **E**ciam inquit. valde illum videre desidero vt presens congaudere posset mihi cuncti ad nuptias. **E**t adiecit. **E**ras habebitis p̄pter me festum scilicet duas missas quod ita factum est. **N**am altera die dicta missa in conuētū. **P**ost primaz (erat em̄ kalendis octobris) animā virginē efflauit. que a celestibus paranymphis suscepta in ethereuz thalamū ad nuptias agni et ad amplexus sponsi deducta est. **P**ost tertiaz vero celebrata pro eo missa solenniter in conuētū fm̄ q̄ ip̄e predixerat terre commendatus est. **E**t sicut michi dixit dominus **W**ilhelmus nunc abbas vilarien̄sis tunc prior ibidem ne vnum quidem peccatum mortale deprehendere potuit in eius extrema et generali confessione. fuerat siquidem magne spei iuuenis vultum habens angelicum moribus bonis adornatus. natione **C**olonien̄s. predicti vero sacerdotis personam mihi prodere non licet. **E**st em̄ vir tante perfectionis vt tanta gracia dignus sit et verbis eius non credere. si tibi propalaretur sacrilegium iudicares. **A**ppollonius. **U**lricū quantum ad predictam visionem similem iudico sancto **M**artino. de cuius capite cū altare benediceret etiam globus igneus emicuit. **C**esarius. **I**n vtroq̄ signum fuit magne deuotionis cuius auctor spiritus sanctus est qui in igne super apostolis apparuit. vnde non immerito a sacerdote ante canonem sursum corda habere monemur

**Ca. xxxij.**

**H**ilum itidem noui sacerdotem cui accedenti ad altare tantam dominus sepe contulit deuotionez vt esset venter eius sicut scriptum est in **J**ob. quasi mustum absq̄ spiraculo quod lagu neulas nouas dirumpit. **E**t sicut ip̄e mihi confessus est. adhuc em̄ viuit tam vehementes motus nōnunq̄ in corde eius deuotio excitauit vt pectus dirumpi videretur. oportebat eum motus eosdem p̄pter circumstantes reprimere. **Q**ue peccatorum vincula huiusmodi impulsus non dirumperēt? **H**uic congruit id dauidicū. **D**irupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. **A**ppollonius. puto q̄ valde mundis manibus sacrificēt qui tam flammeū pectus habent. **C**esari. q̄ h̄mōi sacerdotes nō solū mūdas s̄ lucidas tpe sacrificij man⁹ h̄nt exēpla seq̄ncia declarāt.

**Q**uia et r̄o  
p̄stiaz in  
debat̄ aut  
p̄stiaz in  
s̄ro **C**esaris  
p̄re vt op̄  
**C**esaris

**Q**uia claritas  
lucis r̄o  
r̄oem h̄o  
r̄oem h̄o  
tione circa il  
nicom̄i acc  
nebat̄. trah  
ita vt dicere  
vltibus meis  
p̄turbant  
colubibus  
croum̄ m̄i  
**C**esaris. quā  
o focuō  
tare deīō  
hancie quam

**D**ivina

**Ca. xxxiiij.**

**Q**uam die quadam sacerdos quidam in monte sancte Walburgis missam celebraret religiosa virgo Richmundis cui memini in distinctione octava ca. viij. post tergum eius stans hostiam in elevatione tam lucidissimam vidit et tam perspicuam ac si fuisset crystallina et radio solari plustrata. Nec impediebant pollices sacerdotis quibus hostiaz tenebat in aliqua parte hostie claritatem. quia eadem gratia pollices dotabant. Nec tamen factam ibi fuisse puto transsubstantiationem. Vocabat autem sacerdos Wilhelmus etate quidem iuuenis sed vite regularis in cella iuxta nulliam professus. Visionem hanc Richmundis ipsa superiori nostro Berlaco retulit et ipse mihi. **A**ppollonius. Si tanta claritas fuit in pane ut opinaris benedicto puto magnam esse fulgorem in ipso corpore dominico **C**esarius. hoc sequens visio prodit.

**Ca. xxxv.**

**Q**uam eadem Richmundis sicut ab eius ore audiui in predicta ecclesia ad missam matutinalem staret infra canonem circa sacramentum maximam contemplata est claritatem. Putans primo quod radii solis per fenestras demissus altare illustraret propius accessit et ecce claritas eadem sensum se oculis eius subtraxit. Et intellexit statim quia lux eadem fuisset ex claritate corporis christi non ex sole naturali cuius ortum eadem hora longe precesserat. De ipsa vero Richmunde et de eius devotione circa illud sacramentum mira videtur sum. Quando vero gratia communicandi accedebat ad altare aliquando ante preceptionem aliquando post labebat tenebat. trahebat. nunc mentis excessus. nunc corporis defectum incurrens ita ut dicere posset cum Iheremia. Factus est quasi ignis flammigerens in ossibus meis et defeci sufferre non sustinens. Videntes hec sacerdotes sepe turbabantur et circumstantes admirati sunt. Ihec de sacerdotibus digne celebrantibus dicta sufficiant. **N**is nunc audire aliqua de his qui digne accedunt et tamen sacerdotes non sunt? **A**ppolloni. volo et desidero valde. **C**esarius. quantum apud deum mereant glorie et dulcedinis quantum gratie et fortitudinis quantum salutis et honoris digne communicantes siue communicare desiderantes variis tibi pandam exemplis. **D**e femina religiosa brabantie quam christus suis propriis manibus communicavit.

**Ca. xxxvi.**

**N**ondum duo anni sunt elapsi quod quodam religiosa femina in Brabantia

**N**ona nomine de villa que thozinbais dicitur ardentem nimis communicare desiderans gratiam eandem sibi a sacerdote suo impetiri humiliter et instanter postulauit. a quo repulsam passa dicente illo non debere feminas laycas pro libito suo communicare sed certo tempore fleuit et ingemuit. Cuius ardorem summus sacerdos attendens non diu passus est eam fraudari a desiderio suo. Eadem enim nocte cum in stratu suo iacens vigilaret et orationibus vacaret saluator cum multo splendore cubiculum eius ingressus. pixidem in qua corpus eius in ecclesia solebat poni propriis manibus portabat. Erat quoque circa eum fragrantia miri odoris et multitudo angelorum in circuitu eius qui concorditer cantabant antiphonam. Speciosus forma pro filiis hominum etc. Cumque illa beata ad tantam gloriam stuperet stans coram ea dominus ait. Quia sacerdos ille corpus meum tibi negauit nec te communicare voluit. ego meis manibus te communicabo. quod et fecit hostiam unam de pixide tollens. sicque recessit. Erat autem alia femina religiosa eius socia in eodem cubiculo iacens et ipsa vigilans que omnia que dicta sunt vidit. Quod cum ignoraret altera est mans eam sopore fuisse depressam mane sciscitata est ab ea. utrum aliquid vidisset. que respondit. Etiam hec et hec de te vidi. Tunc certior de visione effecta mox ecclesiam intrauit. altare adijt sacerdotem pro quosdam verborum ambages quid de corpore domini facere vel ubi illud ponere soleret interrogauit. Cui cum locum ostendisset subiecit. O si mihi semper hic liceret versari et respicere ad locum hunc sanctum. petiuit etiam sibi thecam referari. Quod cum factum fuisset ait sacerdoti. Nostis domine quot hic reposueritis particulas? Sic enim hostias vocare solent. Respondente sacerdote. Etiam optime. Subiunxit mulier. Rogo ut numeretis illas. Quod cum ille fecisset et una minus reperisset. ex nimio terrore pene amens effectus corruit et fleuit. Cuncta siquidem firmacula tam scrinium quam pixidis salua inuenerat. Tunc eum femina consolata. quid viderit vel quid de hostia actum sit exposuit monens ne de cetero a tanta gratia tam vehemens desiderium repelleret. istec nobis relata sunt a Johanne monacho nostro qui eodem tempore de predicta villa veniens veraciter ea ibidem contigisse cognouit. **Appollonius.** benedicta sit gloria domini de loco sancto suo. **Cesarius.** Non minoris glorie est quod sequitur etiam non tam manifestum

**Ca xxxvi**

**I**n villa lubbelare que duobus miliaribus distat a Colonia vidua quedam honesta et religiosa erat Hildegundis nomine amica domini Henrici abbatis nostri. Istec more eius vidue euangelice pene nunquam recedebat de templo ieiunium et obsecrationibus seruies deo

**Distinctio**  
 Hec est al  
 si in omni  
 miter manu  
 mitoratus i  
 similia por  
 niter vultu  
 mas vultu  
 formidant  
 non vident  
 Qui cum vo  
 re. Respond  
 mas corpus  
 nauit. Et h  
 vincta est.  
 labium in f  
 tuit. reliqu  
 hanc tempu  
 desiderans!

**R**epi  
 min  
 can  
 altare comu  
 vobis minis  
 tuis. Qui in  
 vultans. am  
 vultu repper  
 tatio erat min

**H**ec  
 eci in  
 vultu in  
 tunc legi sem  
 tunc vultu  
 tunc inuenerat

Habebat autē filiū militem iuuenem nomine Wilhelmum a quo modicum ei impendebatur honoris amoris ⁊ consolationis. Et cum abundaret in memor nature sinebat illam egere multis modis eam exasperans. Idō est recordatus scripture dicentis. Maledictus a deo qui exasperat matrem. Similia perpeffa ē a nuru vxore filij. que cū infirmata ad extrema deuenisset dixissetq; ancille. Fac me habere sacerdotem vt cōmunicem illa d̄ba eius deuilit ad nurum dicens. domina mea petit sacerdotem. Cui illa s̄b stomachando respondit. In ebdomada ista accepit corpus domini ⁊ tamen videtur mihi q̄ adhuc uiuat. Et adiecit indignando. vade voca illū Qui cum venisset cum corpore domini ait infirma. Quare venistis domine? Respondente sacerdote. vt cōmunicem vos. Respondit. dominus meus cuius corpus petiui iam hic fuit presencialiter et suis manibus me cōmunicauit. Ex hoc nunq̄ suscipiam illud ab homine? Post aliquot vero dies defuncta est. Et quia scriptum est. Qui non honorat patrem et matrem nō letabitur in filijs. dominus eadem ebdomada Wilhelmi primogenitū extinxit. reliqui vero eius liberi cum fere essent duodecim s̄m ordinem infra breue tempus omnes defuncti sunt. De conuerso liuonie qui cōmunicare desiderans hostiam repperit in ore suo.

Ca. xxxvii.

**R**etulit nobis dominus Bernardus de lipa abbas liuonie nunc episcopus ibidem rem satis gloriosam. Cum quidam si bene meminere conuersus qui nuper fidem susceperat monachos cōmunicare vidisset et sibi hoc minime licere cognouisset. stans contra altare cōmunicandi desiderio suspirauit. Et ecce pius dominus sine sacerdotis ministerio de altari per sacramētum descendere dignatus est in os eius. Qui mox hostiam aperto ore ostendens et causam tante gracie manifestans. cunctos qui aderant in stuporem conuertit. Eandem em̄ hostiā defuisse reppererunt in altari. Simile huic contigit ante hoc biennium qd̄ tanto erat mirabilius quanto sensui humano profundius

Ca. xxxviii.

**H**kenbalous de burbay vir nobilis erat et potens tantus amator iusticie vt nullam in iudicij respiceret psonam. Hic cum grauius infirmaretur lectoq; decūberet in proxima camera tumultū clamoresq; femineos audiuit. Qui cū de causa sciscitare nullus ei circumstantiū veritatē dicere p̄sumpsit. Tūc mittens vnū ex pueris ait. Precipio tibi sub interminatiōe oculoꝝ tuoz vt dicas mihi merā veritatē. Cui ille

pauens respondit. **D**omine domicellus meus filius sororis vestre feminā vi opprimere voluit et hec fuit causa clamoris. **N**o quod verbum valde cō motus dixit militibus. **I**te et suspendite illū. **M**ilites obedientiam simulātes. postq̄ egressi sunt dixerunt ad inuicem. **S**i occiderimus iuuenem hūc nobilem et domin⁹ noster sicut opinabile est mortuus fuerit vel morte mulābimur vel erimus extorres. **O**mnia tamen iuueni intimantes et vt presēcie auūculi se subtraheret amonentes post horas aliquas ad dominū suū ingressi se eius implese mandatum affirmauerunt. **Q**uinto vero die iuuenis estimans auūculum de culpa esse placatum vel immemorē aperto hostio introsperit. **Q**uem vt infirmus aspexit verbis blandis iuxta se sedere precepit. vno vero brachio collum eius stringens et manu altera cultellū suū clam extrahens gutturi eius infixit et occidit. qui cum plandū et dolore multozū eiulatus toti prouincie incussit horrorem. **S**ed et erkenbaldo additus est dolor dolozi adeo vt inualecente infirmitate p̄ episcopo miteret petens sacrum sibi corpus deferri. **Q**ui cum venisset ille cum multis lachrimis et contritione cordis omnia peccata sua confessus est tacita tamen iuuenis interfectione. **S**uper quo episcopus iratus respondit. **Q**uare subticetis parricidium quod omisit in cognatum vestrum? **D**icente illo fuit ne hoc peccatū? **S**ubiecit episcopus. **E**tiaz crudele nimis. **E**t ille. ego neq̄ peccatum iudico neq̄ a deo mihi remitti deponco. **R**espondente episcopo. **E**go vobis xpi corpus non tradam nisi parricidolum idem confiteamini. **S**ubiūxit vir nobilis. **S**ciatis domine me illum nō occidisse ex aliquo rancore siue motu ire. sed solūmodo ex dei timore zeloq̄ iusticie. **Q**unquā aliquis filium sororis plus diligere potuit q̄ ego illum dilexi. **S**i mihi corpus domini mei negaueritis ego illi corpus et animaz meam committo. **H**ec em̄ dixit et egit p̄pter exemplum ne iusticie et iudicio derogare videatur. **D**ix enim pontifex limen domus egressus fuerat. et ecce egrot⁹ euz reuocauit dicens. **R**euertimini domine episcope reuertimini. videte si in p̄xide habeatis corpus xpi. **Q**uod cum fecisset nec aliquid in ea repperisset. subiūxit ille. **E**cce quem mihi negastis ipse se mihi nō negauit. **A**pparuitq̄ hostia in ore eius. et impletum est in eo quod per sapientem dictum est. **D**iligite iusticiam qui iudicatis terram. **P**entite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum. apparet autem eis qui fidem habent in illum. **E**piscopus vero pauens tantum miraculum vbiq̄ diuulgauit per quem etiam quibusdam abbatibus ordinis nostri innotuit qui anno preterito illud in capitulo generali recitauerunt cunctis dominum glorificantibus qui facit mirabilia magna solus. **A**ppollonius. valde me letificat horuū relatio.

Distinctio  
Carnis  
pauens  
p̄  
le  
ne p̄cepit  
legitur em̄  
um eadem  
no co q̄ sot  
q̄  
t  
p̄m facram  
venirez de  
volūta est  
herat. sp̄ritu  
tate eandem  
legit in iudic  
tribus iuda v  
p̄gruile illu  
la sub audis  
la illus dūle  
periede carit  
nencia et lab  
contigit ita  
tur in Exode  
ne atq̄ alior  
volendi. de  
fol q̄ calit  
hōme sole n  
tate. Et lz i  
ruat non est



**Cesarius.** **A**uerte nunc quanta sit in corpore xpi dulcedo **De coz/**  
**pozali dulcedine sanctimonialis quam percipit in sacra omunione.**

**Ca. xxxix.**

**Q**ui quandam sanctimonialem ordinis nostri que illam a dño  
accepit gratiam vt quando omunicat tantam ex ipso sacro coz  
poze dulcedinem sentiat acsi mel reciperet. **N**ō saporem panis  
sed mellis vt dixi in masticatione sentit tota illa die maxime an  
te perceptionem cibi corporalis saliuam habens mellifluam. nec mirum.  
Legitur em̄ de manna q̄ gustus eius fuerit quasi simule cum melle. **E**st au  
tem eadem sanctimonialis virgo vite venerabilis cuius personam sup̄zi  
mo eo q̄ adhuc viuat et se prodi non permittat

**Ca. xl.**

**S**imilem gratiam et forte maiorē audiuit collatam fuisse dñe  
Alhey di prime abbatisse Monasterij ciuitatis Westualie. **P**ec  
quotienscunq; corpus dñi a sacerdote suscepit non panis solum  
ditatez inter dñes neq; panis saporem intra fauces sensit. sed  
ipm sacramentum quasi fauus mellis sine masticatione per guttur eius in  
ventrez defluxit sic vt mira suauitate omnia eius interiora replentur. **Q**ñ  
defuncta est dñs florentius abbas de campo sancte marie qui pater eius  
fuerat spiritualis atq; confessor post sepulturam eius om̄ibus qui cōfluxerant  
eandem gr̄az predicauit. **A**ppollonius. **S**i de cadauere leonis vt  
legit̄ in iudiciū egressa est dulcedo. non miror si de corpe xpi qui est leo de  
tribu iuda dulcedo egredit̄. **C**esarius. **I**uste moueris. vides huc beate  
ogruisse illud sponi in canticis canticoz. fauus distillans labia tua spon  
sa subaudis est tibi corpus meū. **A**ppollonius. **Q**ue tibi videt̄ fuisse cau  
sa illius dulcedinis in sacramento atq; liquefactionis. **C**esarius. ardoz  
perfecte caritatis que estuabat. nam cū esset naturaliter vel poti⁹ ex absti  
nencia et laborib⁹ semp pallida atq; macilenta quotiens eam omunicare  
contigit ita inflammabat̄ vt facies illius igneo colore resplenderet. **L**egi  
tur in **Exodo** q̄ incalescente sole liquefiebat manna. **M**anna sua dulcedi  
ne atq; albedine significat xpm qui ait. **E**go sū panis viuus qui de celo  
descendi. de quo et in ps̄ scriptū est. **P**anēz angeloz manducauit homo.  
**S**ol qz calet et illuminat pfecta caritas est. **S**i em̄ manna liquefiebat inca  
lescente sole nō mir⁹ si eius significatū dulcescit et liquefcit in ardescēte car  
ritate. **E**t lz in sacra omunionē hmoi dulcedo cozpalis siue liquefactio sit  
rarior non tñ ea dulcedine seu liquefactione que in anima fit spūaliter est

salubrior. Bene xp̄i dulcedinem senserat qui ait. **Dulcis et rectus dominus**  
**Et** in alio loco q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. **De**  
liquefactione sponsa dicit in canticis. **Anima mea liquefacta est vt dilectus**  
locutus est. **Appollonius** placet quod dicit **Cesarius**. Corpus do-  
minicum manna est absconditū omne delectamentū in se habens et omnis  
saporis suauitatem. **Appollonius**. Si tanta gratia est in sacramento al-  
taris quid est q̄ alij alijs rarius comunicant? **Cesarius**. Quidam se sub-  
trahūt ex humilitate indignos se iudicantes. Alij minus curant vel ppter  
morsum consciencie accedere non audent. Priores spiritualiter comunicāt  
sequentes magna gratia se priuant. Quidam sunt qui et libenter comuni-  
cant et tanta gratia se dignos exhibent hi beati sunt. **Ponā** duos equa-  
les esse in caritate et vnus simpliciter ad xp̄i corp⁹ accedat alter vero sim-  
pliciter dimittat. in comunicante sicut credo intenditur caritas et fit in eis  
mor meriti inequalitas. **Appolloni⁹**. vnde hoc probas? **Cesarius**. mā-  
na non descendit sine rote neqz xp̄i corpus a bonis sumitur sine augmen-  
to gr̄e. **De bonū** sit bonis comunicare duob⁹ tibi exēplis pandā sequētib⁹

**Ca. xli.**

**I**n claustro cuius sepe memini sicut mihi scripsit quidam ex sacer-  
dotibus domus eiusdem. **In** quadāz sollemnitate natiuitatis do-  
mini fratres ad sacram unionem se preparabant. **Cumqz** pa-  
cem iam accepturi post agnus dei terre vt moyses est procumbrent. vidit  
frater quidam puez **Ihm** non tamen quasi recenter natū sed in cruce q̄si-  
passum cuius omnia vulnera cruozem stillabant quem tamen calix stans  
subter positus totum recipiebat. **Vnde** frater ille tantis sumendis sacra-  
mentis se indignum reputans ad superiora stalla diuertit alijsqz innuen-  
tibus vt pcumberet se nō pcessuz signauit. **Prima** autē cantata alijs ad  
caplū exeuntibus ip̄e ad orōnez faciendaz vt quidaz facere solent diuer-  
tit. veniensqz ad altare sancte crucis orationi intendit. et videbatur ei tem-  
pus breue pre deuotionis magnitudine. **Cumqz** orationem protraheret.  
et abire tempus non sentiret. apparuit ei beata dei genitrix et alloqui eum  
dignata est. **Tu** inquit hodie sacrosanctum corpus et sanguinē dilecti fi-  
lij mei non sumpsisti? **At** ille. non ore sed corde se indignum clamabat. **Ad**  
quod beata virgo respondit. **Tu** te indignū cogitas et quis putas tanta  
re dignus esse potest? **Ihanc** igitur offensam tibi condonabo. sed vide ne  
de cetero similem feceris. **Igitur** cum orationi intentus et confabulatione  
beate virginis delectatus quasi in extasi raptus esset. tandem ad se rediit  
et ad caplū post alios occurrere festinabat. **Ibat** et ecce occurrebant illi

aliquanti fratres sacra altaria circūeuntes. capitulum vero finitum erat  
Ipe autem nesciens et tempestiue ad capitulum occurrere existimans ad  
huc orabat sed subsequens monachus signū tertie pulsauit. Tunc demuz  
intelligens que circa se gerebantur se ab hac noxa illi absoluendū cōmisit  
qui eum sic absentauerat. ¶ **De conuerso qui vidit in os alterius cōuersi**  
sacerdotem mittere puerum pulcherrimū.

Ca. xliij.

**I**bat post hec in cena domini quidam frater ad sacra cōmunio  
nem fuit plane in maximo torpore et diffidentia ita q̄ etiā si fie  
ri posset vellet se sacre cōmunioni nō interesse. ¶ Procedebat igi  
ad altare vel poti⁹ eundo se quasi subtrahabat a deo. vt sequē  
tibus esset molestus ipm̄q; p̄pellerent. Cūq; ventū esset ad gradū presbi  
teri ouersus vidit aliū fratrem de quo supra dictū est sequentē. Venitq; et  
in memoriā visio quedam quam ab illo didicerat ac subito muratus in  
virum alteq; ibat spirans et anhelans spiritu iudicij et ardoris accensus  
quasi furnus et inflammatus ita vt se capere vix posset. ¶ In tali ergo spiri  
tu cū esset et iam ad altare alacriter festinaret vidit ille subsequens. et et si  
gnis apparētib⁹ interioris hominis illius statū coniecit. ¶ humiliante itaq;  
se illo vidit iste posterior speciosissimū puez man. b⁹ sacerdotis sup  
altare accipi et in os illius fratris deponi. ¶ Et cum videret terre pcumbens ipm̄  
quē viderat adorauit. ¶ Moti sūt aut sup hac venia illius quidaz eo q̄ inoz  
dinate secisse viderēt. ¶ Et cōuenit eum vnus in audientia pluriū minans se  
eum p̄clamatuz. ¶ At ille causam ei qui sciebat cōmisit vt ab hac eū verecū  
dia tueret. ¶ Qui immisit ei spiritū silenci et quietis et nō mouit illum. ¶ Por  
ro ille qui puez Jhm̄ suscepit et portabat ibat et reuertabat in similitu  
dinem fulguris chor scauntis. ¶ Incedebat vel potius ferebatur in iubilo  
cordis in arde spūs vehementis et in tantam spiritus ebrietatem deue  
nerat vt quasi a sensu alienatus ppe modum se non sentiret et vix ad stal  
lum suū sine titubatione rediret. ¶ Super hoc ab illo ali⁹ sepe multūq; que  
tus oib⁹ modis occultabat donec ille tandem ei qui de statu eius dicebat  
aperire cōpulsus est. ¶ Et sic demū mutua sibi collatione quod viderant et  
fenserant innotuerunt. ¶ **Apollonius.** Si se a sacra cōmunionē subtrahen  
tes a beata dei genitrice sic corripunt. si ip̄e dei filius sub eodem sacramē  
to tam veraciter et tam gloriose pcipit et ex ip̄a p̄ceptione caritas inten  
dit animodo libentius cōmunicabo. ¶ **Cesari.** In sacra eucharistia q̄ mul  
tiplex sit gr̄a q̄ multiplex virt⁹ et medicina subiecta declarabunt exempla  
**C** **2**

Ca. xliij.

**M**agister Mauricius parisiens episcopus ante mortem suam tam graui infirmatus est ut materia rapta in cerebri sensum ei subtraxerit. In tali defectu positus cum corpus domini cum instantia postulasset et hi qui circa eum erant propter sensus inopiam illud ei dare non auderent procurauerunt cum sacerdote ut hostiam non benedictam apportaret. Qui cum venisset cum multa reuerencia qualiter decebat episcopum communicare mox ut limen domus sacerdos attigit episcopus clara voce clamauit. Tolle tolle non est dominus deus. Reuelauerat deus auriculam eius ut intelligeret quid circa se ageretur. Stupente sacerdote necnon et alijs qui aderant reuersus est vezz christi corpus deferrens. quod cum verbis catholicis valde atque compunctus adorans deuote suscepit cum quo et sensum ad dei gloriam subiectum perfecte recepit. Sicque in bona confessione plenus fide et caritate migravit ad dominum

Ca. xliiij.

**S**imile contigit cuidam infantulo sicut fratres eius carnales. Ludolphus et henricus monachi nostri michi narrauerunt. Qui cum infirmaret spiritus sancto afflatus corpus christi sibi dari petiuit. Cumque eum parentes desperarent. ille fortiter clamauit. Date mihi corpus domini. delatum est verbum ad sacerdotem. Qui cum diceret non est secum tali puero qui non intelligit quid sit dare corpus domini. hostiam ei detulit non benedictam. Quam cum ei porrigere vellet et diceret. Ecce hic est corpus domini. ut dominus ex ore infantis proficeret laudem et destrueret perfidiam multorum qui de eodem sacramento male sentiunt inspirauit puero ut responderet. Quare me vultis decipere? Non est corpus domini quod mihi offertis. Ad quod verbum sacerdos admirans et puero aliquod diuinitus inspiratum arbitrans sacramentum ei communicationem attulit quam ille deuote satis suscepit. De Apolloni. Sicut considero pro desiderio eucharistie vterque istorum meruit spiritum prophetie. De Cesari. Tanta virtutis est illi desiderium ut pro spiritu quodam etiam reuelationibus illustrentur. Verbi causa  
De conuerso qui pro desiderio communicandi spiritum meruit prophetie

Ca. xlv.

**C**onuersus quodam de capite sancte marie. Cum in quodam solennitate peteret a magistro suo licentiam eundi ad monasterium gratia communicandi. et ille non concederet. ceteris euntibus ipse tristis remansit. habebat enim maximum desiderium communicandi. Eadem nocte et sequenti die omnia que intra monasterium spiritus

lit̄ agebant̄ diuinit̄ ei sūt relata. Et lz absēs esset corpe spū tñ pñs fuit. cōmunicās spūalit̄ eti nō sacramentalit̄. Reuerſis fr̄ib⁹ ip̄e eis p ordinē indi cauit q̄s missā maiorē celebrasset. q̄s legiss̄ eplaz. q̄s euāgeliū. S̄ilr ad vi gilias q̄ monachi q̄s leōnes vel q̄ respōsoria cātassent cūctis mirātib⁹ ex/ poluit. **A**ppolloni⁹ quātū ex hoc loco d̄icio. nō bñfaciūt q̄ tā salubre de sideriū impediūt. **C**esari⁹. hoc vep̄ esse sequēs narratio declarabit.

**Ca. xlvj.**

**Q**uedā religiosa v̄go secularis tñ cū a sacerdote suo corp⁹ dñi pe teret ille irat⁹ cū indignatiōe respōdit. Vos mulieres sp vultis cōmunicare s̄m libitū v̄m et nō dedit ei. Illa vero p totā missam et postea diu in ore et in gutture suo tantā sensit dulcedinē vt non dubitaret adesse toti⁹ dulcedinis auctōrē. Eadē virgo cū die quadā ex remoto de/ ferri videret corp⁹ dñi miri odoris sensit ex eo fragranciam. Quā tāto ple nius pcepit q̄nto sacramēto plus app̄ximauit. Berlac⁹ sup̄rior noster hec mihi retulit dicēs se ab ore p̄dicte v̄ginis ea audivisse. **A**ppollonius cū corp⁹ dñi tāte sit dulcedinis tantiq̄ odoris. miroz quare solo eius esu corpa nō sustentent. **C**esari⁹. Corp⁹ dñi lz ore p̄cipiat magis tñ cib⁹ ani me q̄ corpis est nec nobis incorpat sed xpo nos incorpat. Attñ q̄ corp⁹ cōmunicantis qñq̄ sustentet illo duplici tibi pandam exemplo.

**Ca. xlvij.**

**F**emina q̄daz sicut monach⁹ noster Reiner⁹ qñq̄ scolastic⁹ sancti andree in colonia mihi recitauit ex multa deuotōe sepe solita erat cōmunicare. Que quāto plus cibū celestē cepit appetere. tāto ampli⁹ corpalez cepit fastidire. Quod vbi sensit ex p̄missione sui sacerdotis singu lis dieb⁹ dominicis cōmunicauit. Cui cib⁹ ille vitalis tantā contulit fortitu/ dinē vt sine om̄i esurie corpali primā expectaret dñicaz h̄ multo tpe acti/ tans gr̄az sibi collatā p̄dicto sacerdoti cōfessa est. Ille vero cū episcopo loci rem tam mirabilē recitasset timens ep̄s aliquid fallacie esse in causa. si cut vir sapiens respōdit. Cū denuo venerit ad te loco dñici corpis hostiā ei porrigas nō bñdicitā p quā citi⁹ rei hui⁹ experieris veritatē. Quod cū fecisset sacerdos femina temptatam se ignorans mox vt domum redijt tam vehementer esurire cepit. vt morturam se crederet si non ocus man ducaret. Currens tamen prius ad sacerdotem et eandem famē peccatis suis imputans pedibus eius se prostrauit et gratiam diuinitus collatam sibi subtractam lachrimabiliter exposuit. Quod vbi ille audiuit gaudius est valde. gracias egit deo qui facit mirabilia magna solus. et dedit ei

vez xpi corpus. Cuius virtuti mor omnis esuries cessit et gratia subtrahita accessit. Episcopus vero hec audiens a sacerdote et ipse deum glorificauit. **A**ppollonius. Rem recitas valde miraculosam. **C**esarius. si he lyas ppheta in fortitudine panis ordeacei ambulauit quadraginta dieb<sup>9</sup> et quadraginta noctibus vsqz ad montem dei ozeb. Quid miraris si femina hec incolumis potuit viuere pasta pane vite. Multiplex ex illo fortitudo est non solum anime sed et corporis. Aliud habes supra exempluz de virgine de quido que preter xpi corpus nihil comedit excepta vna quam fugebat in distinctione septima capitulo vicesimo hoc reperies. Audi nunc rem satis gloriosam. **D**e milite qui virtute sacre comunions in duello triumphauit.

**Ca. xlviii.**

**I**udowicus comes Locensis pater huius qui adhuc supest etiam comiciam tenebat de Rebecke. Cui ppter licentiam miles quidam ministerialis bene natus multas inferebat iniurias sua sibi vsurpando et homines ad comiciam pntinentes depredando. Quod cum omnibus amicis suis comes conquereret. et die quadam diceret cuidam nobili viro qui ab eo bona tenebat. Quare mihi non capitis illum predone? Respondit. Bene eum caperem si essem securus quod a vobis in corpore non lederet. Quez cum accepta fide cepisset comes sophisma faciens pntinus sepulchrum fieri iussit in quo militez mollibus inuolutum sine pena poni fecit. Sicqz terra opertum extinxit cuius cognati mor furentes coram imperatore frederico auo huius qui nunc imperat contra prefatum virum nobilem cum multa vociferatione querimoniam deposuerunt dicentes quod accepta pecunia comiti illum tradiderit. Cumqz imperator fremeret innocentem damnare volens miles quidam honestus ascenso scamno loquendi licentiam petiuit et obtinuit. Domine inquiring medietate vix verborum audiuitis. Si miles presens esset forte bene se excusaret. Respondente imperatore licentiam habeas adducendi eum. miles militem adduxit. Qui cum per aduocatum plene se excusasset instigantibus aduersariis imperator respondit. Verba sunt. non sic penam euadet. Resistente ei milite qui illum adduxerat. et dicente. Domine si eum leseritis nunquam de cetero verbis vestris credetur. Placatum imperator adiecit. Modo liber abscedat etiam a me vel a meis postea captus fuerit traditionis penam exsoluet. Cumqz vir nobilis venisset ad limen palacii sciens longas regibus esse manus stans et apud se deliberans rediit ad iudicium dicens. Domine non possum effugere manus vestras nisi presumo de mea innocetia et dei misericordia ut in instanti patrum me defendere possim. quod

Distinção  
talia de  
Noto lo  
facillim  
lo poma  
lo ipom  
Quem cu  
fami ant  
cipibus  
die? Nup  
rit. Etian  
dominus  
ns blaspt  
le maret  
dum domi  
ne ad sua  
fir quant  
dit et aut

**M**  
ret non ter  
partibus  
dam pte  
ite. Resp  
ferunt p  
uit. Depon  
set subit  
Modicum  
met. Sing  
mirati dice  
cu qnqz re  
no est pater  
et singulis  
miri viani  
huarvotz

Iusticia dictauerit. Et cum sim nobilis iuri meo cedo. Respondit imperator  
 Modo loqueris sicut probus vir. **Q**uesitus est in parte aduersaria miles  
 fortissimus qui eum singulari duello impeteret. **D**ic vero altera vir nobi-  
 lis premissa confessione corpus dominicum suscepit. sicque cum aduersario  
 suo spem habens in eodem sacramento circulum pugnaturus intrauit.  
**Q**uem cum ille sicut vir validissimus impelleret et propelleret et venissent  
 simul ante imperatorem audiente tam imperatore quam circumstantibus prin-  
 cipibus pugil clara voce ait ad militem. **D**ic mihi comedisti aliquid hodie?  
**R**espondente illo. etiam. corpus domini mei comedi. **M**iser ille subiun-  
 xit. **E**tiam si dyabolum comedisses hodie te prosternam. **U**t autem pius  
 dominus sacramenti virtutem ostenderet. mox post verba blasphemie vi-  
 res blasphemo subtraxit. et suum militem a deo roborauit ut illum coram  
 se minaret ut puerum nec stare possit. **Q**ui tandem se reddidit. Sicque per  
 eum dominici corporis miles fidelis victoriam adeptus cum multa glo-  
 ria ad sua liber repedauit. **H**ec nobis retulit **T**heodericus monachus no-  
 ster quandoque comes in Wida qui duello interfuit et hec que dicta sunt vi-  
 dit et audiuit. igitur sacra comunio salus est et anime et corporis

### Ca. xlii.

**M**iles quidam nobilis terram habens et castra apud predicti  
 Fredericum imperatorem a multis accusatus est quod prouincia  
 spoliaret. **Q**uem cum sepius citasset et non comparuisset. tan-  
 dem proscripsit mandans suis ut illum caperent. **Q**ui cum late-  
 ret non tamen minus rapinas exerceret. casu a quodam ex officio captus  
 patibulo secundum imperator preceperat appensus est. **T**ertia die miles qui-  
 dam preteriens cum vidisset illum ait seruo suo. **D**eus que pulcher homo erat  
 iste. **R**espondente puero. **V**ir ille nobilis est consanguineus vester. acces-  
 serunt propius ut depositum sepelirent. **A**d quos ille de patibulo clama-  
 uit. **D**eposite me. adhuc enim viuo. **E**stimantibus illis quia fantasma es-  
 set subiurxit. **N**olite timere quia homo christianus sum. depositus vero sic ait  
**M**odicum obsequij ego peccator deo impendi propter quod misertus est  
 mei. **S**ingulis diebus tres orationes dominicas cum totidem venijs sancte tri-  
 nitati dicere assueui angelica salutatio premissa. **Q**uandoque vero orones  
 cum quaque venijs et aue maria quaque vulneribus christi. **S**imili modo unam orationem  
 id est pater noster angelo cui commissus sum. **I**tem eodem modo unam corpori christi  
 quod singulis diebus officij per uniuersum mundum quatinus in fine vite mee tanto  
 muniti viatico mereret. **Q**uod et dominus in presentibus sua misericordia. unum rogo ut vocetis  
 in sacerdotem a quo illud suscipiam. **Q**ui cum venisset confessione premissa dicauit. moxque

spiritum emittens ad eum cui incorporatus fuerat feliciter migravit. quem in cimiterio sepelientes tam grande miraculum divulgauerunt ubique. **¶ Apollonius.** Bene iam ex hoc considero quod sacra communio salus sit mentis et corporis. **¶ Celsarius.** De salus sit mentis habes exemplum in distinctione secunda capitulo sextodecimo. de milite Remensi qui eius esu compunctus est ad penitentiam. De vero salus sit corporis non solum exemplum est nobis presens miles qui eius virtute conseruatus est ne moreretur sed et subiecto plenius cognosces exemplo.

**De ancilla sacerdotis que gratia dominici corporis sensum recepit.**

**Ca. I.**

**A**nno preterito in Wide ciuitate Westualie cum ancilla sacerdotis de domo sero exiret et dyabolum in forma cuiusdam a quo amabatur conspiceret et aspectu illius horrens se signauit et monstrum mox disparuit. Cui dyabolus iterum apparens ait. Si non fecisses hoc signum domum vicia non intrasses. Quam cum vocaret et illa exire renueret subiunxit. Tolle vestem istam. Erat enim stragula ta. Que tam in voce quam in horrore dyabolum intelligens retrosum cecidit et sensum penitus amisit. Sacerdos vero hostiam quasi pro remedio mittens in os eius non benedictam eum nihil ei prodesset. digito salua mado facto corpus domini tetigit. Quem cum in os misisset mulieris. mox illa sensum recepit locuta est et sana surrexit. Hec apud nos canonicus quidam premonstratensis recitauit asserens se eodem tempore fuisse in predicta ciuitate. **¶** Predictum miraculum audiui a quodam religioso abbate nigri ordinis. **¶** Aduerte nunc quantum consequantur honoris Christi corpus honorantes. **¶** De milite qui coram Christi corpore in luto ventam petens luti immundicias non sensit.

**Ca. II.**

**T**empore scismatis inter Philippum et Ottonem dominus Wido cardinalis aliquando abbas Cysterciensis cum missus fuisset Coloniam ad confirmandam electionem Ottonis bonam illic consuetudinem instituit. Precepit enim ut ad eleuationem hostie omnis populus in ecclesia ad sonitum vole ventam peteret. sicque usque ad calicis benedictionem prostratus iaceret. Precepit etiam idem cardinalis ut quotiens deferendum esset ad infirmum. scolaris

Distinctio  
sue camp  
omnis p  
nis vocat  
trante des  
ore. post  
poculis ti  
mis ellet b  
modicum  
ditate te p  
non volen  
calabat cor  
ms in luto  
pus adosa  
luro remi  
potentia. v  
in. Tunc e  
fortatus t  
iuncta no  
rius. Hoc  
est honoz  
in presen  
  
De heretic  
lisperio.  
  
D  
domini rec  
fulperius  
mino Eng  
hs sue cog  
beretia lx  
qua fidei  
otrenia ic



**Distinctio nona** **De sacramento corporis et sanguinis xpi.**

siue campanarius sacerdotem precedens per nola in illud proderet. Sic  
q3 omnis populus tam in stratis q3 in domibus xpm adoraret. Retulit  
eis eodem tempore casum satis miraculosum. Miles quidam in francia fu  
it tante deuotionis vt quotienscunq3 christi corpus eleuari siue deferre vi  
deret. prostratus illud adoraret. Contigit vt die quadam vestibibus suis  
preciosis indutus intraret ciuitatem. Cumq3 platea in qua equitabat ni  
mis esset lutosa ex improviso obuium habuit corpus domini. Quo viso  
modicum intra se deliberans ait. Quid facies modo? Si in tanta profun  
ditate te prostraueris. perdita sunt vestimenta tua hec delicata. Si vero  
non descenderis saluberrime consuetudinis transgressorem te semper ac  
cusabit consciencia. Quid plura? Preualecente deuotione de equo profili  
ens in lutum se misit in quo flexis genibus eleuatis manibus Christi cor  
pus adorauit. Et quia dulcissimus dominus honozantes se non solum in  
futuro remunerat imo etiã in presenti nonnunq3 rehonorat. Hoc egit sua  
potentia. vt totius luti nec vna quidem guttula vestimentis eius adhere  
ret. Tunc equum cum multa admiratione reascendit et amplius in fide cõ  
fortatus deum glouificauit. Simile contigit cuidam religiose femine in p  
rouincia nostra. **¶ Appollonius.** Satis delectoz in istis miraculis. **¶ Cesa  
rius.** Hoc etiam noueris quia sicut dominus sua sacramenta vt predictũ  
est honozantibus rependit honorem. sic blasphemantibus illa nonnunq3  
in presenti penalem inducit confusionem

**De hereticis qui in ecclesijs furati sunt corpus domini et vno ppter hoc  
suspensio.**

**Ca. liij.**

**N**on est diu q3 quidam sub stemate religionis venientes in dyo  
cesim Colonensem in diuersis ecclesijs corpus domini furati  
sunt. De reliquis vero ornamentis. calicibus scilicet libris siue  
indumentis sacerdotalibus nulla eis cura fuit. Ex quibus v/  
nus in prouincia nostra deprehensus. et vbinaz fecisset corpus  
domini requisitus. Respondit. In lutum iactaui illud propter quod miser  
suspensus proiectus est in cloacam inferni. In proxima vero synodo a do  
mino Engelberto episcopo preceptum est vt in omnibus ecclesijs dyoce  
sis sue corpus domini sub clausura seruaretur. **¶ Appollonius.** Quid est q3  
heretici hoc sacramentum tam vehementer persequuntur? **¶ Cesarius**  
**¶ Quia fideles illud ante omnia venerantur et maxime honozant. Idcir  
co heretici idem sacramentum corporis xpi illis in odiũ maxime execrantur**

Multa in distinctione quinta capitulo .xxij. de errore hereticorum dixisse me recolo et forte nimis. timeo enim aliquos inde posse scandalisari sed quicquid ibi dictum est sicut testis est mihi dominus dixi ad gloriā xpi atq; catholicorum et ad confusionem hereticorum. **A**ppollonius. Satisfactū mihi fateor quantum gracie mereantur digne communicantes. Nunc ad indignos conficientes sermo procedat. **C**esarius. Prius tibi ex scripturis ostendā q̄ periculose et q̄ grauer peccent sacerdotes indigne conficientes.

**D**e sacerdotibus indigne conficientibus

**Ca. liii.**

**S**icut legitur in regum. Osa sacerdos bobus recalcitrantibus ad archam ne declinaret manum extendit et mox super temeritatem eum dominus occidit. dicitur eadem nocte fuisse cū uxore sua. Si sacerdos accedens ad archam figuralem subleuandam. ob iam dictam causam morte muldatus est. Quid putas pene meretur sacerdotes adulteri et fornicarij manibus verum xpi corpus tangentes? Si Johannes vt ait Augustinus a puericia in heremo conuersatus in utero matris sanctificatus ausus non fuit illum tremendum et reuerendum angelis domini verticez tangere. quomodo tu peccator et pollutus non dico verticem sed totum xpm deum et hominem non solum tangere sed in ergastulo polluti corporis quasi includere et incarcerare presumis? Multa alia contra malos sacerdotes proferre possem testimonia sed magis te edificant exempla. **D**e sacerdote in shademare qui carbones vsus est masticare in perceptione sacramenti.

**Ca. liiij.**

**I**n shademare villa dyocesis Treuerensis. Cum quidam sacerdos qui adhuc viuit missam celebraret Theodericus monachus eberbacensis in hora sumptiosis carbones nigerrimos illum vidit mastificantem. Est enim sacerdos simplex et redus et multa ei diuinitus reuelant. Existente me anno preterito cum abbate meo in eadem villa. shabet enim domos de Eberbaco grangiam in eadem villa. et ad eum spectat diuina illic procurare retulit nobis magister grangie dicens Tantum pecunie oportet me dare sacerdoti predicto ne ecclesia diuinis careat. Est enim homo vite peruerse ac luxuriosus tres missas frequenter in die celebrans. Cui abbas respōdit. Potius ei darem pecunia zne celebraret. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit.

**A**ppollonius. Quid signat quod carbonem visus est manducare? Sumunt ne mali corpus domini? **C**esarius. Sumunt sicut et boni sed tamen sacramentaliter. Carbonem ignis creat et est carbo extinctus ignis nutrimentum. Qui enim indigne christi corpus tractat et manducat gehennam sibi preparat. et nisi de tanta culpa peniteat. erit in combustionem et cibum ignis eterni. **D**e sacerdote frisione qui calcavit corpus domini.

Nota

**Ca. lo.**

**R**etulit mihi anno preterito prelatus quidam religiosus de partibus frisie rem nimis horrendam de quodam sacerdote in eisdem partibus. Habet enim manus tam tremulas ut corpus domini non nisi per fistulam possit sumere. Die quadam cum ex eius manibus sacramentum super terram cecidisset. timens ne ab aliquo possit videri qui culpam proderet. timens etiam ecclesie sue plus quam anime. pede illud dicitur calcasse. **A**ppollonius. In omnibus christi passionibus non legitalem contemptum. **C**esarius. Idcirco enim dicit Augustinus super illum locum. Dederunt in escam meam fel de crucifixoribus eius. Quibus similes sunt indigne inquit sumentes et conficientes. Frauius enim peccant continentem christum regnantem in celis quam qui crucifixerunt ambulanti in terris. **D**e vero ab eis conculcetur alibi dicit. Conculcat christum qui libere peccat et qui eo indigne participat. **O**b huiusmodi excessus his temporibus gravissime plagata est frisia sicut dixisse me memini in distinctione septima capitulo tertio de pugile qui corpus domini sacerdoti de manibus excussit. **A**ppollonius. Si mali sacerdotes christi corpus in altari ut mihi videtur crederent nunquam talia presumerent. **C**esarius. Quidam crederent quod non crederent. ut enim taceam de malis. de bonis sacerdotibus tibi referam exemplum. **D**e petro medico qui sub specie panis tamen credidit esse sacramentum et non rem

Nota

**Ca. loi**

**Q**lonie in ecclesia sancti Andree. canonicus quidam extitit ordine sacerdos arte medicus Petrus nomine. Cum die quadam quidam ex eius concanonicis infirmus eo parte esset communicaturus et ei sacerdos diceret. **C**redis hoc esse verum corpus domini quod natus est de virgine et pro te passus in cruce? Illeque responderet credo. **P**refatus petrus utroque verba notans expavit. **P**ostea solus veniens Euerhardum scolasticum ecclesie que et ipse communioni intererat ait. **I**ntrogavit sacerdos infirmum illum bene? **E**t respondit ille bene. **E**tiam inquit. **Q**ui aliter credit hereticus est. **T**unc petrus

**D**istinctio nona **De sacramento corporis et sanguinis xpi.**

ciulans peccat' qz tundens exclamauit dicens. ve mihi misero sacerdoti quo  
adenus missas celebraui. Nam vsqz ad hanc horam putabam speciē pa-  
nis et vini post consecrationem tm̄ esse sacramentum. id est signum et rep-  
sentationem dominici corporis et sanguinis. Postea vero ad deletionem  
eiusdem ignorancie que nimis erat crassa in honore beate marie magda-  
lene in stolgināse et capellā et hospitale in quibus nunc habitant predica-  
tores edificauit. Si vero sacerdos litteratus et bonē admoduz vite sic er-  
rare potuit. quid dicam de ydeotis et malis. **¶ Apollonius.** Si xpus in  
altari tam a malis qz a bonis tractatur et sumitur. puto qd malos valde  
indigne respiciat. **¶ Cesarius.** respectus xpi non potest esse sine misericor-  
dia fm̄ subsequens exemplum quod periculosius est faciem auertit ab eis  
**De sacerdote malo a quo infans xpus in missa faciez auertit**

**Ca. lviij**

**S**acerdos quidam cum missam diceret et xpi corpus in manib' **S**  
haberet quidam ex circumstantibus in manibus eius puerum  
vidit facie ab eo auersa. Quod vbi agnouit auersionem eandē  
merito peccatis suis imputans turbatus est ita vt dicere posi-  
set cum psalmista. Auertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus  
**S**pero qd postea vitam suam emendauerit. Quibusdam etiam sacerdoti-  
bus indigne conficiētib' pius dominus sacramentum subtrahit ne sibi  
ad iudicium sumant. **¶ De Er** vino sacerdote qui corpus domini in mis-  
sa perdidit.

**Ca. lviij**

**Q**uidam sacerdos Erwinus nomine Colonie in ecclesia beati **Q**  
petri apostoli ad altare sancte crucis missas celebrare consue-  
uit. Hic cum die quadam post transsubstantiationem hostiam  
deponeret de altari rotabatur. Quam cum vbiqz circa altare  
quereret et populus cum eo non est inuenta. Haud dubium quin per ma-  
nus sanctorum angelorum perlata sit in sublime altare dei ne sacerdos lu-  
xuriosus eam sumeret ad suam damnationem. Habebat enim concubinā  
suam manifeste. Simile habes in distinctione secunda caplo quinto de sa-  
cerdote cui columba ob fornicationem sacramentum tulit. Alij sunt sacer-  
dotes circa sacramentum altaris tam negligentes et tam in deuoti vt ex  
consuetudine conficiendi corpus domini a cibis alijs non discernant.  
**De danielle abbate qui in calice repperit crudam carnem.**

**Ca. lix.**

**A**bbas daniel de sconauia cū prior esset apud nos sicut ipse nobis retulit celebrandi gratia capellam sancti Reinoldi que sita est iuxta ecclesiam sanctorum apostolorum in Colonia intrauit. Qui cū sacerdotalibus fuisset indutus et populus ad audiendam missam pro nolam euocatus cū calicem prepararet particulam crude carnis illi intrinsicis reperit adherentem. Territus valde cum deliberaret utrum sibi esset celebrandum vel cessandum populū timens scandalizare si vestes exueret panem calici superposuit. vinū et aquam infudit sicque celebrans totum simul sumpsit. Dicta missa requisivit ab inclusa cui calix commissus fuerat quis nouissime in eodem calice celebrasset. Que respondit. Dominus talis nomine eum designans. Erat enim dicte ecclesie sanctorum apostolorum canonicus sacerdos secularis nimis modicum vel nihil habens religiositatis deuotionis siue diuini timoris. Ego puto me eidem misse interfuisse. Confessus est nobis presbiterus daniel. et si tunc non mihi nunquam se in aliqua missa tantum habuisse consolationis. antea vel postea quantum in illa. Postea cum idem bertolphus hospitaretur apud nos abbas noster negligentiam ei recitauit. sed nescio qualiter deo satisfecerit. **¶ Apollonius.** Melius esset tam misere vite sacerdotibus de qualibus supra dictum est tacitis verbis et remota intentione tantum simulatione celebrare quam corpus domini conficere et sumere ad iudicium sibi. **¶ Cesarius.** Plus istos quedam auctoritas dicit peccare quia nihil simulatione nihil prestigiose. vel aliter quam institutum est in ecclesia in hoc sacramento fieri debet. Idem sentiendum est de his qui sine ordinibus celebrant et more sinearum alios imitantur. **¶ Apollonius.** Unde hoc probas. **¶ Cesarius.** Olias rex iuda cum ex nimio seruoze deuotionis officium sacerdotale sibi usurparet. a domino lepra percussus est. Non enim puto quoniam multi sub eo essent mali sacerdotes indigne offerentes qui tamen puniti non sunt. **¶ Cesarius.** Sicut enim secundum quantitatem et qualitatem culpe quantitas et qualitas pene moderantur. Ita e contrario ex pena cognoscitur culpa. audi de hoc recens exemplum. **¶ De sacerdote sine ordinibus celebrante. cuius manus sacer ignis deuorauit**

**Ca. lx.**

**S**icut mihi narrauit supradictus daniel. clericus quidam quoniam paribus studuit horrendum satis spectaculum in ecclesia sancte marie dei genitricis populo prebuit. nam sacer ignis pene manus eius deuorauerat. Que secreti cū capanari interrogasset cui esset ordinis. et ille

D i

Notari. Caba

respondisset sacerdosque subiunxit. Nunquam sacro crismate manus iste puncte sunt. Sentiens ille spiritu prophetico se deprehensum confessus est culpam. Quantum christo tanta presumptio displiceat sequens exemplum manifestat.

Item de alio qui sine ordinibus celebrans crucifixum vidit lachrymantem

Ca. lxi.

**D**iaconus quidam Stenueldensis de ordine premonstratenfi. Berhardus nomine apostatans circa quatuor tempora se ordinem sacerdotalem suscepisse finxit. et Colonie in basilica sancti michaelis que in porta martis posita est quasi primam missam instruente eum sacerdote miserum celebravit. Ego eidem misse tunc scholaris interfui et multas recepit oblationes. Confessus est postea sacerdoti qui ei assistit a quo ego audiui quod quotiens se vertit ad populum crucifixum contra se stantem viderit lachrymantem. Est enim ymago eadem antiqua et sculpta magna satis. Nam pius dominus qui olim fleuit super malicia ruiture ciuitatis iherusalem et de presumptione tanta lachrymari dignatus est. Ex lachrymis vero ymaginis diuinam considerans magnitudinem culpe. penitentia ductus. sedes apostolicam petiit. et in eadem via vitam finiuit. Hec dicta sufficiant de sacerdotibus indigne conficiantibus. De indigne sumentibus aliqua tibi dicam exempla. Quomodo eucharistia sacra sumi debeat

Ca. lxiij.

**I**n exodo precepit dominus agnum paschalem comedi assum igni et cum lactucis agrestibus renibusque succincti. Si de agno figurati per significationem hec precepta sunt. quomodo aliquis audebit accedere ad esum veri agni sine igne caritatis. sine amaritudine cordis et castitate corporis. Nycodemus attulit mirre et aloes quasi libras centum et inuoluit dominum in sindone munda. et post sepeliuit in monumento nouo. in quo nondum quisquam positus fuerat. et tu quisquis in peccatis es sine mirra et aloes. id est sine amaritudine penitentiae cordisque contritione dominum in sepulcro fetido reponis. Agnus paschalis decima die mensis tollitur. et quartadecima die immolabatur. Per quod ostenditur quod non debet accedere ad eucharistiam nisi qui impleuerit precepta decalogi. et precepta quatuor euangeliorum. Audi nunc quid mereantur indigne communicantes. De Virico conuerso qui carbonem sumere visus est loco sacramenti

Ca. lxiij.

Distinctio  
De  
sac  
Die  
In  
cum dicitur  
bohem nigr  
de cadem  
culpam  
non pot  
et cepit  
dom dicit  
rament  
suscipit in  
sa salutem  
seruati  
bene peccati  
vero abba  
centibus e  
sitionem  
abbas re  
fuisse in  
deni die g  
diep anis  
nus langu  
imigne v  
de vobis  
ationis q  
to fuerit  
culum in

**I**n hemmentode conuersus quidaz fuerat nomine Viricus. hic an  
 ouersionem male vixerat et in ordine modicum se emendauerat.  
 Die quadam cum iret ad sacram omunionem cu ceteris fratrib'  
 In hora illa qua ei sacerdos corpus domini porrigebat. alius q/  
 dam ouersus religiosus vidit in os eius mitti. non sacramentum. sed car/  
 bohem nigerrimu. Rationem supdictam ca. liij. hic assigna de sacerdote  
 de hademare. Quosdam enim dominus corpus suum sumere non sinit vt  
 culpam eoz manifestet. **De conuerso pprietario qui corpus xpi sume/  
 re non potuit.**

**Ca. lxxiii.**

**U**tr duo anni sunt elapsi q conuersus quidam de ordine nostro  
 infirmatus est grauiter. in pitauiua domo que dicitur famozin/  
 gens. Cuius confessionem cum abbas audiuisset. cumqz satis  
 diligenter ad emendationem consciencie monuisset. allatus est  
 ei corpus domini. quod quidem aperto ore suscepit. sed os ad mastican/  
 dum claudere non potuit. Mirantibus vniuersis qui aderant. sacerdos sa/  
 cramentum extrahens alteri dedit infirmo. quod ille deuote satis sine omi  
 ni impedimento. Non multo post conuersus idē mortuus est et cau/  
 sa salutem eius impediens declarata est. Nam qnqz solidi non argentei.  
 sed eret cum esset abluendus circa eum inuenti sunt. non enim ei licuit ha/  
 bere pecuniam. Et glouificauerunt deum videntes hec. Ad mandatum  
 vero abbatis in campo sepultus est et super eum isdem solidi proiecti. Di/  
 centibus omnibus qui aderat. pecunia tua quam clam nobis contra pro/  
 fessionem tuam possedisti tecum sit in eternam perdicionem. Hec cum idē  
 abbas recitasset in pximo capitulo generali subiungit. Et vt sciatis nullā  
 fuisse infirmitatem in causa quare corpus domini sumere non posset. Ea/  
 dem die gallinā vite gratia comedit. Estimo tibi iam satisfactū q sub spe/  
 cie panis sit verum corpus xpi. et sub specie vini post consecrationem ve/  
 rus sanguis xpi. et q digne conscientes atqz sumentes mereatur gratiā  
 indigne vero culpam. **Apollonius.** Etiam si de his cogitassem animo/  
 do dubitare non possem. **Cesarius.** Dicaz tibi in fine nunc huius distin/  
 ctionis quan tuz deo placeat. si munde et solicite fiant que tanto sacramē/  
 to fuerint necessaria. **De hostia q belle de corporali resiliuit ob vermicu/  
 culum in ea decoctum.**

**Ca. lxxv.**

**Q**uoniam hoc bienniu iuxta coloniā in villa q belle vocat gestū est qd  
 D z

dico. Die quadam cum sacerdos missam celebraret. et dicto euangelio ut secularibus mos est ministrante scolare. hostiam patene superpositam super corporale locasset. illa mox resiliuit. Putans hoc sacerdos casu accidit se neq; hostiam bene locatam denuo eandem superposuit que remotius eo intuente resiliuit q; prius. Cumq; tertio id temptasset quasi turbine impulsa proiecta est de altari. Quo viso territus est valde et se tanto ministerio indignum reputans precepit scolari ut eadem hostia reseruata aliam superponeret. quam et consecrauit. Dicta vero missa tollens secum hostiam predictam Coloniam properauit. inueniensq; priores apud sanctos apostolos hostiam eis ostendit quid de ea actum sit recitauit. Tunc causam mirantibus vnus clericorum hostiam contra lucem leuans maculas in ea contemplatus est. Quam cum in aspectu multorum fregisset. cymex qui vulgo pediculus parietinus dicitur apparuit in ea decoctus. Et glorificauerunt dominum omnes qui aderant. Haud dubium quin a sanctis angelis reiecta est qui non sunt passi ut panis tam fetido vermiculo corruptus per ministerium sacerdotis transfret in corpus domini sui. Hellewicus prior montis sancte Walburgis testatur se eandem hostiam vidisse. Sacerdos adhuc viuit qui mihi minus credit interroget illum. Vides quanta sit negligencia sacerdotum nostrorum? Olim sacerdotes legales ad panes propositionis agros ipsi excolebant. seminabant. tritabant. molebant. pinsebant. panes formabant et coquebant. Erantq; de simula mundissima. Attamen illis panibus sola erat figura. heu modo panes sub quibus est veritas id est corpus xpi post consecrationem modo pinseunt formant et coquunt negligentes vices campanariorum. et ideo tales eueniunt negligentie. Unde cum abbas noster die quadam celebraturus esset missam in quadam ecclesia et essent hostie nigerrime. ait campanario. de quo grano sunt hostie iste. Respondente illo. de auena. Noluit celebrare. valde arguens illum dixit q; nihil ibi fieret. **Appollonius.** Quid sentiendum est de spelta? **Cesarius.** Requisitus de hoc dominus papa Honorius per litteras cuiusdam abbatis ordinis nostri. respondit. speltam magis pertinere ad ordeum q; ad triticum. De corporali vero tibi etiam referam exemplum. **De corporali quod ob tactum impregnate sanctimonialis sanguineas contraxit maculam.**

**Cap. lxi.**

**I**n domo quadam sanctimonialium cum custos cenobii eiusdem femina religiosa die quadam corporale lauisset. Iuencula que dam que ei ad solacium fuerat deputata cum ea lotum extendit



ad sic candum. a d cuius tactum mox macula sanguinis apparuit. Quia vi  
sa custos itez corporale lauit. et macula abluir. sed mox vt iuuenula ma  
num apposuit. mox eadez apparuit. Delatum est miraculum ad magistrā  
in iuncte sunt orōnes reuelata est causa. queſita est et inuenta. Ifuerat em̄  
impregnata occulte. et ideo tactu corporalis indigna. Quantū deo mun  
de manus placeant ad idem ministerium sequens declarat exemplum.

Item de corporali quod godeſcalcus in exiccatione rupit et diuina vir  
tus reparauit

**Ca. lxxij.**

**G**odeſcalcus de volmuntſteyne cuius supra memini. cū die qua  
dam corporale cum ſacriſta noſtro extendiſſet ad polliendum.  
illud qz p mediū rupiſſet. cuſtos illd aplicans in theca reſoſuit  
Poſtea aut illud explicans cū integrū repperiſſet mirat⁹ eſt val  
de ſanctitati predicti ſacerdotis illud aſcribens. Quantū gratie in exicca  
tione vnius corporalis meruerit virgo de Quiden hēs. ſ. in diſtinctiōe .  
vii. ca. xx. Igitur paſcha noſtrꝝ immolatus eſt xp̄us. Ip̄e enim verus eſt  
agnus qui abſtulit peccata mundi. Sine eſu huius agni ſecuri non egredi  
emur de egipto. id eſt de hoc mūdo. Differentia et modus cōmeſtionis v̄  
tilata ſunt. ſic illū comedere ſtudeamus vt eius virtute de deſerto n̄re re  
ligionis peruenire valeamus in terram vere promiſſionis in qua per ip̄m  
et cum ip̄o vltimū et eternū paſcha celebrare mereamur. Amen.

Incipiunt capitula diſtinctionis Decime.

**Q**uid ſit miraculū. a quo vel a quibus fiat ſeu in quib⁹ que etiā ſit  
cauſa miraculoꝝ. ca. primū. **D**E Winando qui infra vnā horā  
ab h̄r̄m translatus eſt in dyoceſim leodiēſem. ca. ij. **D**E mo  
nacho ydeo ta qui in ſomnis accepit ſcientiam predicandi. ca. iij. **D**E  
clerico qui p minutionē ſcientiam litteraz p̄didit et ruruſm accepit eandē  
anno reuoluto ſanguinē minuendo. ca. iiij. **D**E conuerſo eberbachenſi  
cuius tactu infirmi ſanabant. ca. v. **D**E monacho ſtempore tempaliū  
cuius tactu veſtimētoꝝ infirmi ſanabant. ca. vi. **D**E ruſtico in heymerſ  
bach ſornaci incluſo et p ſanctū Jacobum liberato. ca. viij. **D**E abbate  
qui in caritate a monacho ſuo amonit⁹ carnes comedit. ca. viij. **D**E  
monacho qui carnē fetidaz cepit comedere cū abbati ſuo obedire noluit  
ad eſū carnū. ca. ix. **D**E femina a demonio liberata et ab eodē ob ino  
bediētiā ſfracta. ca. x. **D**E demone que albert⁹ de ſcodehart iocularit̄